



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

XIX. Pabst Clemens V. beauftragt unter Anderen den Probst zu Havelberg und die Aebte der Brandenburgischen Diöcese, den Erzbischof Burchard zur Beobachtung der von ihm an den Rath zu Halle ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

ordinationem, sicut rationabilem, gratam et ratam habentes sigilli nostri et Capituli munimine confirmamus. Datum Havelberg anno Domini M. CCC. IX. in die beati Arnulfi confessoris.

Nach Stein's Abschrift des Originals. Vergl. Ludewig Reliqu. Mpt. VIII, 346.

**XIX.** Pabst Clemens V. beauftragt unter Anderen den Probst zu Havelberg und die Aebte der Brandenburgischen Diöcese, den Erzbischof Burchard zur Beobachtung der von ihm an den Rath zu Halle vorgenommenen Cession des Vormundschaftsrechtes anzuhalten, im Jahre 1311.

Clemens Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis S. Egidii in Brunswich, et in cuncta Halberstadeni et Brandenburgensi dioecesi monasteriorum Abbatibus, ac Preposito Ecclesie Havelbergensis, salutem et Apostolicam benedictionem. Sua nobis Consules et universitas oppidi de Hallis, Magdeburgensis dioecesis, petitione monstrarunt, quod olim inter venerabilem fratrem nostrum, Archi-Episcopum Magdeburgensem, qui in dicto oppido jurisdictionem temporalem ad se asserit pertinere, ex parte una, et dictos Consules et universitatem, ex altera, super eo, quod dictus Archi-Episcopus impediabat indebite ac etiam perturbabat, quo minus iidem Consules et ceteri de dicta universitate, in eorum voluntate ultima possent filiis et filiabus eorum pupillis tutores testamentarios vel legitimos dimittere, dictique tutores tutelam pupillorum et pupillarum ipsorum fideliter gerere, prout fuerat observatum a tempore, cujus memoria non exstat, et super aliis diversis articulis orta fuisset materia questionis, et tandem super his, inter ipsos Archi-Episcopum, Consules et universitatem amicabilem compositio intervenerat, ad id dilectorum filiorum Decani et Capituli Magdeburgensis Ecclesie accedente consensu, prout in patentibus literis inde confectis ipsorum Archi-Episcopi et Capituli sigillis munitis plenius dicitur contineri. Et licet idem Archi-Episcopus compositionem hujusmodi diutius observavit, postmodum tamen idem Archi-Episcopus, mutata in contrarium voluntate, compositionem ipsam observare indebite contradicit. Quocirca discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, dictum Archi-Episcopum ad observationem compositionis predictae, sicut rite sine pravitate provide facta est, et ab utraque parte sponte recepta et hactenus pacifice observata, et in alterius prejudicium non redundat, monitione premissa, autoritate nostra, appellatione remota, justitia mediante, compellatis. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestram ea nihilominus exequantur. Datum Vienne, Idibus Aprilis, Pontificatus nostri anno septimo.

Nach Lünig's Teutsch. Reichs-Archiv. Part. spec. Cont. IV, IV, 515 und von Dreihaupt Beschry. des Saal-Craif. II, 356.

**XX.** Markgraf Woldemar schenkt der Kirche in Havelberg zu seinem Seelenheile die Dörfer Polffen und Hermsdorf in der Uckermark, im Jahre 1319.

In nomine domini Amen. Nos woldemarus dei gracia Brandenburgensis et luzacie Marchio presencium tenore recognoscimus, quod proprietatem villarum pelfene, que situata est iuxta et infra mechow et fmedeberg, ac hermansdorpp, que situata est iuxta villam Gandenitz, dedimus ecclesie havelbergensi, In salutem anime nostre nostrorumque progenitorum in perpetuum pacifice possidendas. Renunciantes sollempniter et expresse omni Juri ac utilitati, quod uel quam in villis predictis